



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

L. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster Chorin das Dorf Lüdersdorf,
am 13. Juni 1316.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](#)

fie Decano et Segero preposito ecclesie ejusdem, Theoderico Grandzoyensi et Euerardo Stolpensi prepositis, cum aliis pluribus fidei testimonio decoratis. Actum et Datum in Torghelowe, anno domini Millelximo trecentesimo quinto decimo, die Parascheue.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerlens Cod. II, 451.

L. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster Chorin das Dorf Lüdersdorf,
am 13. Juni 1316.

In nomine Domini amen. Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, uniuersis Christi fidelibus presentes literas visuris notitiam subscriptorum. Ne acta hominum, que fiunt in tempore, simul cum lapsu temporis dilabantur, sed perpetuam habere valeant firmatatem, scripturarum solent testimoniis roborari. Quapropter nos cupimus esse notum, tam presentibus quam posteris christi fidelibus vniuersis, quod ecclesie sancte Marie virginis in Chorin Cyterciensis ordinis et fratribus ibidem Deo famulantibus proprietatem ville Ludersdorp et bonorum omnium, que ipsi ville adjacent, cum terminis et omnibus attinentiis suis, scilicet filiis, lignis, nemoribus, paludibus, stagnis, fluuiis et laquebus, riuulis, pratis et pascuis, agris cultis et incultis ac ceteris utilitatibus ex hiis prouenientibus cum plenaria potestate dedimus atque damus, Renunciantes omni juri, quod in predictis bonis dinoscimur habuisse, Ita plane, quod nullus heredium nostrorum, si quos Deo dante procreauerimus, nec aliquis Aduocatorum, Scultetorum, Bodellorum seu aliquorum aliorum Officialium nostrorum aliquam jurisdictionem sibi in eisdem bonis audeat usurpare. Sed ipsi fratres per se suosque judices sua judicia exerceant majora et minora et ab omni exactione, precaria et seruitio sint exempti. Incipiunt autem termini predictae ville ubi agri villarum parsten, ghelmersdorp et ludersdorp se contingunt ad cumulum ex terra et lapidibus comportatum. Hinc versus orientem per directum ad quercum, sitam iuxta viam, que dicit de ludersdorp versus angermund. Inde per directum ad quercum supra montem. De hinc per directum ad signum angulare de lapidibus et terra, quod agros villarum ghelmersdorp, stoltenbaghen et ludersdorp diuidit et distingwit. Deinde versus austrum per directum ad quandam quercum iuxta viam. Inde per directum ad cumulum ex terra et lapidibus, ubi agri villarum stoltenbaghen, lunow et ludersdorp se contingunt. Ab hoc vero signo per signa inter media per directum ad quoddam signum apud paludem, que wlgariter newenpul dicitur, de terra et lapidibus comportatum. Inde per directum ad signum supra montem similiter ex terra et lapidibus congregatum. Ab hoc autem signo per directum per signa media ad magnum lapidem pro signo angulari positum, qui agros villarum lunow, nyendorp et ludersdorp diuidit et distingwit. Deinde versus occidentem per directum ad aliud signum angulare supra montem terra et lapidibus congestum, quod agros villarum nyendorp, parsten et ludersdorp diuidit et distingwit. Inde versus aquilonem per directum ad quercum, que wlgro vocatur de hoghe malbom. Ab hac arbore et signa media per directum ad cumulum lapidum circa lacum rodepul wlgariter nominatum. Inde per directum ad quercum, que gramszowesche eyke nuncupatur. Inde per directum ad primum signum angulari, quod agros villarum parsten, ghelmersdorp et ludersdorp diuidit et distingwit. Ut autem hec rata et inconculsa permaneant, presentem paginam conscribi et sigilli nostri appensione

fecimus communiri. Testes hujus rei sunt nostri fideles dominus Conradus de Redern, dominus The. de Kerkoue, dominus Joh. de Steghelyz, dominus Zabellus de Badelow, milites, dominus The., Prepositus in Granzoge, dominus Euerardus, Prepositus in Stolp, Notarius Curie domini Woldemari Marchionis, dominus Johannes, plebanus in Gorlyz, et quam plures alii fide digni. Datum et Actum Vrienwolde, anno domini M^o. CCC^o. XVI^o, ydus Junii, Indictione XIV., Concurrente quarto, Epacta XXV.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gersfens Cod. II, 452.

LI. Der Rath zu Angermünde befundet, daß Conrad von Oderberg dem Kloster Chorin seine Fischerei im Parstein abgetreten hat, am 17. November 1316.

Res gesta in tempore ne per obliuionem labatur a memoria litteris inscribi solet, vt quod actum est, non solum presentes, sed eciam posteri scire valeant per testimonia litterarum. Hinc est, quod nos Confules ciuitatis Noue Angermunde recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod Conradus, dictus de Oderberge, una cum matre sua Domina Elizabet in nostra presentia constituti professi sunt, se vendidisse domino Abbatu et fratribus in Chorin cum consensu ceterorum liberorum seu heredum omnium tam succendentium quam presentium piscaturam, quam habuerant in stagno Parsten, renunciantes omni juri, quod in predicta pescatione videbantur habere, ita quod nec ipsi nec successores ipsorum nec aliqui alii nomine eorundem in predicta aqua siue stagno, quod parsten vocatur, pescationem aliquam de cetero audeant exercere aut in posterum iuris aliquid usurpare. In hujus itaque rei testimonium prefens scriptum ad petitiones utriusque partis dedimus, quod sigillo nostre ciuitatis fecimus communiri. Datum anno ab incarnatione Domini M^o. CCC^o. XVI^o, XV^o Kal. Decembris,

Aus dem nach dem Originale des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gersfens Cod. II, 454.

LII. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster Chorin das Dorf Serwest, am 22. November 1317.

In nomine Domini amen. Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Vnueris Christi fidelibus presentes litteras visuris noticiam subscriptorum. Ne acta hominum, que sicut in tempore, cum lapsu temporis dilabantur, sed ut perpetuum habere valeant firmatatem, scripturarum solent testimoniis roborari. Quapropter nos cupimus esse notum, tam presentibus quam posteris christi fidelibus vniuersis, quod ecclesie sancte Marie virginis in Choryn Cysterciensib[us] Ordinis et fratribus ibidem Deo famulantibus proprietatem ville Zerwetiz et bonorum omnium, que ipsi villa adjacent, cum terminis et omnibus attinentiis suis, scilicet siluis, lignis, nemoribus, paludibus, stagnis, molendinis, fluuiis et lacubus, riuulis, pratis et pascuis, agris cultis et incolitis ac ceteris utilitatibus ex hiis prouenientibus cum plenaria potestate dedimus atque damus. Re-